5/12 [illegible]

DAVID HENRICI HOPPE
MEDICINAE DOCTORIS
SOCIETATIS BOTAN. RATISBON. ET NATVR.
CVRIOS. HALENS. SODALIS

ENVMERATIO INSECTORVM ELYTRATORVM

CIRCA

ERLANGAM

INDIGENARVM

SECVNDVM SYSTEMA FABRICIANVM

OBSERVATIONIBVS ICONIBVSQVE
ILLVSTRATA

ERLANGAE
IN BIBLIOPOLIO PALMIANO
MDCCLXXXXV

In insectis, animalium licet minimis, maxime elucet infinita Creatoris sapientia et potentia. Hoc sufficeret ad excitandum hominem ad horum considerationem, si nec plura eandem persuaderent.

Addamus unum: nobiscum cohabitant et in omnes res nostras dominium quoddam nobis utile, vel noxium exercent; sunt enim ministri vel beneficia vel supplicia Dei nutu gentibus adferentes; iustum igitur, notitiam hostis aeque ac evergetae quaeri, illius, ut repellatur, huius, ut faveatur, sine qua frustra esset media vel destruentia vel foventia curare. Hinc facile patet utilitas historiae naturalis, ut taceam delicias eius tantas, ut nihil excedat: quid enim jucundius Deum quovis gressu in operibus suis invenire, in animo mirari? numne finis nostrae et omnis creationis, ut eum quam plurimum cogitemus, contemplemur, veneremur? sequeremurne ejus praecepta cujus divinitatis vestigia quotidie videmus, sentimus!

Müller *praef. ad faun. insect. Friedrichsd.*

VIRO

PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

D. IO. CHRISTIANO DANIELI DE SCHREBER

S. R. I. NOBILI

ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM PRAESIDI

CONSILIARIO ARCHIATRO ET COMITI PALATINO CAESAREO POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS CONSILIARIO AVLICO INTIMO MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE IN ACADEMIA REGIA FRIDERICO ALEXANDRINA P. P. O. CELEBERRIMO ETC.

DE

TOTA RE PVBLICA LITTERARIA

AEQVE AC DE ARTE MEDICA EIVSQVE ADDISCENDAE STVDIOSIS IMMORTALITER MERITO

FAVTORI ATQVE PRAECEPTORI

SVMMO PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO

PRO BENEFICIORVM AMPLITVDINE

NEC NON

BENEVOLENTIAE ET FAVORIS

MAGNITVDINE

SVMMAS EASQVE NVNQVAM INTERITVRAS

ANIMI GRATES PALAM TESTIFICATVRVS

HOC STVDIORVM SVORVM SPECIMEN

SACRVM ESSE VOLVIT

AVCTOR

PROOEMIVM.

Mihi inde iam a tribus annis in alma literarum universitate, quae Erlangae floret, ad artis medicae studium incumbenti, nec minus rectam rerum ex historia naturali cognitionem acquirendam concupiscenti, praelectionibus zoologicis virorum in orbe litterario satis illustrium DE SCHREBER et ESPER uti contigit. Entomologia, in qua Viri laudati tam magnopere versati sunt, erat mihi in deliciis, et ad cupiditati meae satisfaciendum musea eorum aeque ac cel. RVDOLPH et REICH diligenter frequentare licuit, quod semper grato animo reclusum habebo.

In variis quoque Germaniae regionibus peregrinatus celeberrimorum Entomologorum SCHRANK Ingolstadii, BRAHM Moguntiae,

Bader Manhemii, Franz Frankenthalii, Gerning Francofurti, Harrer et Habel Ratisbonae, Fey Wirceburgi, Klinger Wonſideliae, Panzer, Schwarz, Stvrm Norimbergae, aeque ac Fabricii notitiam acquiſivi, et partim collectionibus Eorum, partim conſuetudine et commercio literario, melius erudiri fortuna ſecunda mihi praebuit occaſionem.

Noviſſimis in re entomologica operibus uſus ſum, et horis ſubſecivis regiones noſtrates comitatu plurium Entomologorum, inter quos viros cel. Schnitzlein, Fvnck, Lang et Krohn appello, permeavi. Interdum remotiores montes et ſylvas inveſtigavi, animalium excrementa perquiſivi; eorum cadavera anatomice diſſecata atque perſcrutata in agros detuli, et illis advolantia inſecta collegi. A piſcatoribus inſecta aquatica, et a detractoribus pellium ſilphas et affinia inſecta accepi. Quibus omnibus mea hujus regionis inſectorum collectio fere completa reddebatur.

Nunc

Nunc vero, ſtadio academico finito, publicam et accuratam harum mearum collectionum obſervationumque expoſitionem in diſſertationis inauguralis argumentum elegi; ſperans, fore ut nominum inſectorum, in hac regione viventium, collectio litterarum in hac alma univerſitate ſtudioſis, Entomologia occupatis, jucunda ſit atque utilis. Ex catalogo facile perſpiciendum eſt, quid hic invenerim, quid non? Quod poſterius attinet, nova detegere et additamenta facere, inveſtigantibus non deerit occaſio, cujus ad diligentiam adhibendam ſtimulus atque incitatio nunquam peribit. Obſervationes quoque peritis jam Entomologis certo quodam reſpectu haud erunt nauci; nam ſaepius in rerum natura longe diverſa me deprehendiſſe inſecta, ac in ſcriptis entomologicis, non poſſum quin libere profitear; quod non eſt admirandum, quum latus naturae campus, et muſeum, duo ſint oppoſita, non ſemper conjungenda. Exinde fit, ut multa pro varietatibus vendantur inſecta, quae verae ſunt ſpecies, et alia pro veris ſpeciebus habeantur, quae ſexu tantum differunt. Inde evenit, ut unius vel alterius inſecti patria in

Italiam, Angliam, quin etiam in Indiam transferatur, quae tamen melius in Germania locanda eſt. Inde fit, ut multa inſecta ſingularibus tantummodo Germaniae regionibus adſcribantur, quae per omnem Germaniae tractum habitant.

Haec qualiscunque proluſio ad perſuadendum lectorem valebit, me non exſcripſiſſe alios, ſed ipſum collegiſſe, et inquiſiviſſe.

Duplicem adhuc adjiciam annotationem. Primo: Amicis meis Entomologis pro benigna communicatione inſectorum, et inſtructione gratias ago quas poſſum maximas. Deinde cuicunque Entomologo, quaedam a me deſcripta inſecta appetenti offero, ea pro aliis mihi deficientibus ſpeciebus cum illis communicare, cum mihi nihil iucundius eſſe poſſit, quam res naturales mutuo dare et accipere.

ENV-

ENVMERATIO
INSECTORVM ELYTRATORVM
CIRCA
ERLANGAM
INDIGENARVM
SECVNDVM SYSTEMA FABRICIANVM
OBSERVATIONIBVS ICONIBVSQVE
ILLVSTRATA

SCARABAEVS
Typhoeus
naſicornis
ſubterraneus
Foſſor
Scrutator
ſulcatus
foetens
ſcybalarius
teſtaceus
fimetarius
vaccinarius *Herbſt.*
conflagratus

SCARABAEVS
erraticus
conſpurcatus
inquinatus
ſordidus
luridus
granarius
haemorrhoidalis
puſillus *Herbſt.*
ſtercorarius
ſtercoroſus *Hart.*
vernalis
rufipes

SCARABAEVS
nigripes
contaminatus
quadrimaculatus
teſtudinarius
merdarius
quisquilius
porcatus
tomentoſus *Brahm.*
lunaris
emarginatus
Lemur
Taurus
Vacca
Capra
bituberculatus *Scrib.*
Coenobita
aſſimilis *Mihi*
nuchicornis
auſtriacus *Schneid.*
Xiphias
nutans
Schaefferi
Schreberi
flavipes
ovatus
ſimilis *Scrib.*

HISTER
unicolor
pygmeus
ſulcatus
oblongus
ſinuatus
bimaculatus
quadrimaculatus
quadrinotatus *Scrib.*
aeneus

SPHAERIDIVM
ſcarabaeoides
lunatum
bipuſtulatum
marginatum
unipunctatum
haemorhoidale
ruficolle
ſimetarium
ſeminulum

BYRRHVS
Pilula
faſciatus
ater
varius
nitens *Panz.*

TROX

TROX
ſabuloſus
arenarius
hiſpidus *Brahm.*

OPATRVM
ſabuloſum
gibbum
minutum.

SCARITES
gagates *Hellw.*
piceus *Hellw.*

BLAPS
mortiſaga
glabra

TENEBRIO
molitor

TRAGOSITA
caraboides

HELOPS
lanipes
ater
quisquilius

CARABVS
coriaceus
glabratus
violaceus
purpuraſcens
catenulatus
cyaneus
hortenſis
arvenſis
convexus
auratus
granulatus
clathratus
nitens
planus
ruficornis
piceus
crepitans
ſpinibarbis
cephalotes
ſtriola
metallicus
Sycophanta
Inquiſitor
holoſericeus
pilicornis
coeruleſcens
junceus *Scop.*

CARA-

CARABVS
fulvicornis
vulgaris
cupreus
ovatus
latus
ferrugineus
nigricornis
parumpunctatus
ſexpunctatus
marginatus
melanocephalus
cyanocephalus
crux maior
crux minor
bipuſtulatus
lunatus
praſinus
vaporariorum
meridianus
quadrimaculatus
uſtulatus
ciſteloides *Hellw.*

CICINDELA
campeſtris
hybrida
ſylvatica

CICINDELA
germanica

ELAPHRVS
uliginoſus
riparius
aquaticus

SCOLYTVS
limbatus

HYDROPHILVS
piceus
caraboides
ſcarabaeoides
orbicularis

DYTISCVS
latiſſimus
marginalis
Roeſelii
ſulcatus
cinereus
uliginoſus
bipuſtulatus
Hybneri
punctatus *Mihi*
zonatus *Mihi*

GYRI-

GYRINVS
natator

ELOPHORVS
aquaticus
elongatus

CLERVS
mutillarius
formicarius
unifaſciatus
apiarius
alvearius

NOTOXVS
mollis
Monoceros

CANTHARIS
fuſca
livida
melanura
teſtacea

MALACHIVS
aeneus
bipuſtulatus
ſanguinolentus

MALACHIVS
faſciatus
equeſtris

DERMESTES
lardarius
Pellio
undatus
vulpinus
murinus
teſſelatus
violaceus
fumatus
picipes

ANOBIVM
Boleti
feſtivum *Bloch.*
ferrugineum *Fröl.*

PTINVS
Fur
ſexpunctatus
Scotias.

NICROPHORVS
germanicus
Humator

NICRO-

NICROPHORVS
Vespillo
mortuorum

SILPHA
littoralis
clavipes. *Sulzer.*
grossa
thoracica
rugosa
atrata
laevigata
obscura
reticulata
opaca
sinuata
quadripunctata

NITIDVLA
bipustulata
obscura
varia
colon
discoidea
aenea

ANTHRENVS
Pimpinellae

ANTHRENVS
Scrophulariae
museorum.

COCCINELLA
bipunctata
quinquepunctata
sexpunctata
septempunctata
quatuordecimpunctata
sedecimpunctata
ocellata
Argus *Scrib.*
vigintipunctata
vigintiduopunctata
vigintiquatuorpunctata
conglomerata
conglobata
oblongoguttata
parvula
quatuordecimguttata
octodecimguttata
bipustulata
variabilis
quatuorpustulata
quatuorverrucata
sexpustulata
decempustulata

Coc-

COCCINELLA
quatuordecimpuſtulata

CASSIDA
viridis
affinis
nebuloſa
murraea
ferruginea
nobilis

CHRYSOMELA
tenebricoſa
coriaria
hottentotta
Adonidis
graminis
bulgarenſis *Schrank.*
haemoptera
violacea
Centaurii
varians
Populi
P. tremulae
Staphylleae
polita
Salicis
Viminalis

CHRYSOMELA
decempunctata
pallida
lapponica
Polygoni
cerealis
faſtuoſa
limbata
ſanguinolenta
marginata
analis
marginella
hannoverana
litura
haemorhoidalis
aenea
Armoraciae

CRIOCERIS
merdigera
Convallariae *Harr.*
duodecimpunctata
Aſparagi
Phellandrii
campeſtris

GALLERVCA
Tanaceti

GAL-

GALLERVCA
rustica
Alni
Salicis *Degeer.*
S. vitellinae
vigitipunctata
Nympheae
Capreae
calmariensis
flavipes
nigricornis
oleracea
Brassicae
Hyoscyami
Verbasci *Hellw.*
tabida
nemorum
hemisphaerica

CISTELA
cervina
ceramboides
sulphurea
fulvipes
murina

CRYPTOCEPHALVS
longipes

CRYPTOCEPHALVS
cordiger
tridentatus
auritus
cyaneus
scopolinus
bipunctatus
obscurus
Vitis
sericeus
nitens
vittatus
Moraei
hieroglyphicus
bipustulatus
flavipes
Pini
sanguinicollis *Fröl.*

HISPA
atra

LAGRIA
pubescens
hirta
nigra
caerulea

CERO-

CEROCOMA
Schaefferi

LYTTA
veſicatoria

LYMEXYLON
dermeſtoides

CVCVIVS
depreſſus
flavipes

LAMPYRIS
ſplendidula

PYROCHROA
coccinea

LYCVS
ſanguineus
Aurora

MORDELLA
aculeata
faſciata
frontalis
flava

DONACIA
micans *Mihi*
dentata *Mihi*
faſciata *Mihi*
marginata *Mihi*
aurea *Mihi*
aenea *Mihi*
violacea *Mihi*
diſcolor *Mihi*
linearia *Mihi*
cinerea *Mihi*
mucronata *Mihi*

TRICHIVS
Eremita
nobilis
octopunctatus
faſciatus
hemipterus

CETONIA
aurata
faſtuoſa
marmorata
metallica
hirta
ſtictica

MELOLONTHA
Fullo
vulgaris
villoſa
ſolſtitialis
brunnea
Friſchii
horticola
abdominalis
fruticola
agricola
ruricola
ſquamoſa
argentea
pulverulenta
variabilis

BVPRESTIS
fulminans *Schrank.*
rutilans
mariana
chryſoſtigma
octoguttata
ruſtica
quatuorpunctata
viridis
biguttata
elata

BVPRESTIS
nitidula
laeta
Salicis

ELATER
murinus
holoſericeus
teſſellatus
aeneus
pectinicornis
cupreus
caſtaneus
meſomelas
obſcurus
marginatus
thoracicus
brunneus
haematodes
ſanguineus
Ephippium
balteatus
Sputator
ſtriatus

LVCANVS
Cervus
parallelepipedus

LVCA-

LVCANVS
caraboides
rufipes *Herbſt.*

PRIONVS
Faber
coriarius

CERAMBYX
moſchatus
Cerdo
Heros
nebuloſus
griſeus
faſciculatus
hiſpidus
pubicornis *Schrank.*

LAMIA
Textor
aedilis
atomaria
varia
curculionoides
Fuliginator

CALOPVS
ſerraticornis

RHAGIVM
Mordax
Inquiſitor
bifaſciatum
Indagator

SAPERDA
Carcharias
ſcalaris
oculata
linearis
nigricornis
coeruleſcens
populnea
P. tremulae
vireſcens
ferruginea
praeuſta

CALLIDIVM
Bajulus
fennicum
violaceum
femoratum
variabile
ruſticum
ſanguineum
triſte

CALLIDIVM
hafnienſe
ſtriatum
arcuatum
Arietis
Salicis
Gazella
ruficrus *Schrank.*
detritum
Verbaſci
myſticum
figuratum *Schrank.*
Alni

LEPTVRA
melanura
livida
ſanguinolenta
meridiana
villica
rubra
teſtacea
atra
nigra
octomaculata
attenuata
faſciata *Mihi*
quatuorfaſciata

LEPTVRA
collaris
virginica

NECYDALIS
thalaſſina
melanura
ſimplex
coeruleſcens
uſtulata

MOLORCHVS
umbellatarum

SPONDYLIS
bupreſtoides

BOSTRICHVS
typographus
polygraphus
Scolytus
ligniperda
villoſus
piniperda

BRVCHVS
Piſi
granarius

BRV-

BRVCHVS
villoſus

ANTHRIBVS
albinus
latiroſtris
albiroſtris
planiroſtris

ATTELABVS
Coryli
curculionoides
Bacchus
Betuleti
Populi
Craccae
Sorbi

RHINOMACER
curculionoides
fulvus *Brahm.*

CVRCVLIO
Pini
Jaceae
colon
nitens
Salicariae

CVRCVLIO
Linariae *Schnitzl.*
Siſymbrii
Pſeudacori
Lythri
Carecti *Mihi*
granarius
filiformis
paraplecticus
Bardanae
Spartii *Mihi.*
Abietis
Lapathi
germanus
Scrophulariae
Thapſi
Echii
Ceraſi
violaceus
Nucum
Druparum
Tortrix
Salicis
viridis
Hinnulus *Schrank.*
marmoratus
ſulciroſtris
glaucus

CVRCVLIO
cicatricoſus *Mihi*
albidus
vagus *Laich.*
globatus *Herbſt.*
ſcabriculus *Herbſt.*
lineatus
incanus
arenarius *Herbſt.*
granulatus *Herbſt.*
grammicus *Panz.*
micans.
Salviae *Schrank.*
niger
laevigatus
Liguſtici
ſulcatus *Herbſt.*
gemmatus
Pyri
argentatus
oblongus
ovatus

MYCETOPHAGVS
quadrimaculatus
piceus
bifaſciatus

HYPOPHLOEVS
caſtaneus
linearis
depreſſus

LYCTVS
politus
crenatus
nitidus

TETRATOMA
fungorum

SCAPHIDIVM
agaricinum

IPS
nigripennis

DIAPERIS
Boleti

MELOE
majalis
Proſcarabaeus
brevicollis
tecta

STA-

STAPHYLINVS
hirtus
murinus
olens
maxillosus
erythropterus
politus

OXYPORVS
rufus

OXYPORVS
lunulatus
bipustulatus
chrysomelinus

PAEDERVS
riparius
ruficollis
elongatus

OBSERVATIONES.

SCARABAEVS *Typhoeus*.

Rariſſimum in hac regione inſectum. Feminam ſemel tantum, veſpertino tempore volantem, in ſylva *Norimbergenſi* cepi. Circa *Francofurtum* copioſe deprehenditur, potiſſimum in locis ſylveſtribus in ſtercore cervino, referente cel. GERNING. Anno 1793. autumnali tempore ipſe multa collegi exemplaria inter *Hanoviam* et *Francofurtum* in ſtercore bovino, via regia paſſim cumulato. Definitio hujus ſpeciei a LINNEO *) et FABRICIO **) prolata ad marem tantum quadrat, quod in inſectorum definitionibus ſaepius accidit. In tali vero caſu neceſſe mihi videtur annotationem addere, praeſertim cum, uti in his, tanta ſit in ſexu differentia.

Mas

*) *Syſt. nat.* 2. 543. 9.

**) *Ent. ſyſt.* 1, 12. 34.

Mas nimirum thorace tricorni: cornu intermedio minori; *femina* cornuum loco tuberculis gaudet.

SCARABAEVS *nasicornis*.

Circa *Erlangam* nondum ipse inveni hoc insectum; sed teste cel. ESPER interdum reperitur. Circa *Wonsidelium* tanta copia in quodam vaporario hortulani adfuit, ut hoc ab eo totum fere devastatum fuerit, de quo cel. KLINGER me certiorem fecit. *Halae Magdeburgicae* ipse hoc insectum observavi, quod in salinis (*Salzkothen*), quae ligno putrido abundant, aptum domicilium et nutrimentum invenit; qua de causa etiam vulgo *Kothkäfer* dicitur, quod nomen ergo a stercore minime est derivandum.

Feminae cornu deest, sed ejus loco gibbus cum denticulo in apice adest; desunt quoque thoracis tubercula, adest eorum loco ruga elevata transversa *). Larvam et imaginem optime descripsit, delineavitque cel. ROESEL **).

*) SCHRANK. *Enum. insect. aust.* p. 3.

**) *Ins. 2. tab. 6. 7.*

SCARABAEVS *Fossor*.

Varietas elytris testaceis haud raro observatur, quae male pro *Sc. oblongo* SCOPOLI *) venditur. Alii *Sc. rufipedem* FABRICII cum *Sc. oblongo* SCOPOLI conjungunt. Sed insectum Scopolianum, uti ex descriptione, et potissimum ex icone, quam coram habeo, elucet, vera est *Melolontha*, quamobrem FABRICIVS omni iure id ad *Melolonthas* retulit.

SCARABAEVS *luridus*.

FABRICIVS in definitione hujus insecti **), caput tuberculatum, et in descriptione sua ibidem adjuncta caput et thoracem muticum ei adscribit, quae contradictio statim in oculos incidit. Hanc ob causam cel. HERBST ***) dubitat: an sua specimina, quae capite mutico gaudent, *Scarabaeo lurido* adnumerandi sint? Quae dubitatio vero nullum invenit locum, cum *Scarabaeus*

*) *Entom. carn. n. 19.*

**) *l. c. n. 91.*

***) *Arch. p. 8. p. 26. Tab. 19. f. 11.*

rabaeus luridus ſemper capite mutico, absque ullo tuberculo reperiatur. Ergo hujus inſecti definitio Fabriciana corrigenda, locusque in ſyſtemate mutandus eſt.

Patriam in *Angliam* ponit FABRICIVS, ſed in *Germania* quoque abundanter obſervari ſatis conſtat.

SCARABAEVS *Taurus.*

Copioſe in ſtercore bovino locis ſabuloſis reperitur. Feminae cornua plane deſunt, quae in mare magna, arcuata reperiuntur et reclinata. Variat interdum cornubus brevioribus; haec autem variatio minime eſt *Scarabaeus Capra*, uti nonnulli credunt, ſed multo magis diverſa. *Scarabaeus Capra* ſemper cornubus minoribus rectis gaudet, quamobrem definitio hujus eſt corrigenda, ſaltem vocabula: "cornubus ſubarcuatis" in: "cornubus brevioribus rectis" commutanda ſunt, unde rectiſſime hanc ſpeciem cel. LESKE *) *Scarabaeum recticornem* denominavit.

SCA-

*) *Iter pag. 45. Tab. A. fig. 8. 9.*

SCARABAEVS *assimilis Mihi.*

Sc. niger, thorace inermi, occipite (maris) in laminam rhomboiden procedente, angulo apicis in cornu antrorsum nutans elongato, angulis lateralibus ad oculos.

Habitat in stercore bovino.

Descript. Mas feminae, demto capite, simillimus, earundemque dimensionum. Long. 4‴; lat. 2½‴. Subtus corpus totum nigrum, pilis rufis ad juncturas. Clypeus capitis thoraxque nigri, cum aliqua violae rubedine, punctis excavatis insparsa, glabris in mare, pilos breves rufos exserentibus in femina. Elytra fuliginoso-ferruginea, sutura maculisque minutis nigris. Antennarum capitulum canescens. Capitis clypeus in mare antice in triangulum truncatum angustatus, reflexus, subrepandus, postice in laminam rhomboiden abit, angulis tribus manifestis: duobus lateralibus ex plica ad oculos ortis, tertio apicis elongato in cornu antrorsum flexum, apice tamen subreflexum. Thorax quidem

dem in mare antice excavatus in foveam cornu capitis recipientem, ſed absque omni tubere in utroque ſexu. Pro cornu in clypeo feminae erigitur lamina ſegmentum circuli referens.

Hiſce notis differt inter alia a *Sc. nutante*, cui occipitis lamina triangularis absque angulis lateralibus, et thorax baſi tubere bilobo in utroque ſexu; a *Sc. Coenobita* (cui valde affinis) quod huic alia magnitudo, alius color, cornu rectius, clypeus antice rotundatus, manifeſtius exciſus; a *Sc. auſtriaco*, quod huic ſtatura major, anguli laminae occipitis in eodem plano ſiti in mare, et eadem lamina quadrangula: angulis prominulis, in femina.

Obſerv. Scarabaeus ſupra deſcriptus hac in regione haud infrequens, praeſertim tempore autumnali reperitur. Pro *Scarabaei nuchicornis* varietate olim male vendebatur; at diſtincta eſt ſpecies, in ſyſtema Fabricianum nondum recepta. Cum *Sc. fracticorni* PREISLERI *) multum convenire

*) HARRER *Beſchr. der Schäff. Inſect. p. 21. ſeq.*

nire videtur, ſed hujus inſecti nec iconem nec ſpecimina videre hucusque mihi licuit. Quidquid ſit, deſcriptio accurata et paullo amplior inſecti dubii, ſupra exhibita, mihi haud eſſe videtur ſuperflua.

CARABVS *fulvicornis.*

C. ater, elytris ſtriatis: ſtriis laevibus: extima punctata; palpis, antennis pedibusque pallide flavis.

Carabus fulvicornis GMEL. *S. N. L. Tom. I. p.* 1985. *n.* 194.

Le bupreſte noir à pattes jaunes. GEOFFR. *pariſ. I.* 147. *n.* 9.

Habitat ſub lapidibus in montoſis.

Deſcr. Thorax obcordatus, poſtice truncatus, cum capite nitentiſſimus, etſi ad marginem poſticum minute et denſe punctulatus. Elytra laevia, minus nitentia; ſtriae octo laeves ſeu non punctatae in utroque, ita tamen ut extima ſtria puncta complura majuſcula habeat.

Mar-

Margo elytrorum ſubtus ferrugineus. Palpi, antennae, pedes toti, ex pallide ferrugineo flaveſcunt.

SCOLYTVS *limbatus.*

Elegantiſſimo hoc et in aliis terris rariſſimo inſecto noſtra abundat regio. Plerumque quidem ſub aquis in ſolo arenoſo reperitur, minime tamen inſectum aquaticum eſt habendum, quod ſatis ex pedum ſtructura elucet, quibuscum quam citiſſime ſupra terram currit, cum e contrario in aquis ſemper anxie circumrepat, et ſtridentem ſonum edat, quod experimentum ſaepius in vitro aqua repleto inſtitui.

DYTISCVS *Roeſelii.*

ROESELIVS *) in opere ſuo laudatiſſimo utriusque ſexus hiſtoriam, deſcriptionem et iconem omnibus numeris abſolutam dedit. FABRICIVS **) marem et feminam, non recte pro duabus habuit ſpeciebus. *Dytiſcus punctulatus* enim

*) *Inſect. 2. Aquat. 2. Tab. 1.*

**) *l. c. pag. 188. nro. 4. 5.*

enim FABRICII eſt *mas*, *Dytiſcus Roeſelii*, *femina;* prior elytris glabris: ſtriis tribus longitudinaliter punctatis, diſtinguitur, poſterior vero elytris, ab innumeris in longitudinem et latitudinem concurrentibus ſtriis, fere rugoſis.

DYTISCVS *punctatus Mihi.*

D. laevis, thorace teſtaceo: punctis tribus obſcurioribus; elytris fuſcis margine ferrugineo.

Habitat in piſcinis prope Deſendorf.

Menſurae.

Long. 5‴.
Lat. 3‴.

Obſ. Si bene inſpiciatur, tota elytra ferruginea ſunt, ſed ita denſe punctis nigris obſita, ut inde color nigricanti-fuſcus refultet. Puncta excavata ſtriaeque deſunt. Caput nigrum eſt, regione oris fuſco-ferrugineum, maculaque fuſca frontali. Thorax fuſco-ferrugineus ſeu teſtaceus, punctis tribus obſcurioribus. Subtus ater: pedibus teſtaceis.

DYTI-

DYTISCVS *zonatus Mihi.*

D. ſupra niger, ſubtus teſtaceus; faſcia margineque toto thoracis, elytrorumque externo flavis.

Habitat cum antecedente, iisdem locis.

Menſurae.

Long. 6‴. cum exceſſu.
Lat. 3¾‴.

Obſ. Supra niger, ſed, ſi per lentem inſpiciatur, nigredine elytrorum punctis flavis variegata numeroſiſſimis. Os flavum nigro varie pictum. Margo thoracis totus flavus, et faſcia per medium. Margo elytrorum flavus, et nonnihil (in aliquibus) ſutura ad ſcutellum. Subtus teſtaceus una cum pedibus. Mas in pedibus anticis ſcutellas gerit.

CLERVS *unifaſciatus.*

C. niger, elytris faſcia alba baſi rubris. FABR. *Ent. ſyſt. Tom.* 1. *p.* 207. *n.* 8.

C Formi-

Formicarius minor. HERBST *Arch.* 5. *p.* 87. *n.* 5.

Attelabus SVLZ. *Insect. Tab.* 4. *fig.* 13. *b.*

Habitat in locis ſabuloſis ſub arborum foliis.

Rariſſimum hoc inſectum ſemel tantum mihi obvium fuit. Cel. HERBST illud circa *Francofurtum* legit, et cel. FEY exemplaria prope *Wirceburgum* lecta mecum benevole communicavit.

Deſcr. Minor *Clero formicario*, totus pubeſcens. Antennae nigrae decemarticulatae; primus articulus major eſt et ovatus. Caput atrum, nitidum, globoſum, ſub thorace fere reconditum. Thorax ater nitidus, antice latior, poſtice anguſtior. Elytra fornicata, punctato-ſtriata, ad baſin rufa, ad apicem nigra, cum faſcia alba in medio. Abdomen pedesque nigri.

CRYPTOCEPHALVS *bipuſtulatus.*

♂ C. ater, elytris macula apicis rufa. FABR. *Ent. ſyſt. Tom.* 1. *p.* 11. *pag.* 67. *n.* 74. SCHAEFFER. *Icon. Tab.* 30. *f.* 4. 5.

♀ C.

♀ C. ater, elytris flavis rubrisve: ſingulis margine vittaque atris.

Cryptocephalus lineola FABR. *l. c. p.* 59. *n.* 30. SCHAEFFER. *l. c. Tab.* 77. *f.* 8.

Bupreſtis ſanguinolenta SCOPOL. *carn. n.* 203. non ſynon.

Habitat in Corylo Avellana in horto aulico.

Obſ. Femina hujus inſecti a nonnullis pro *Cryptoceph. bipunctati* varietate, ab aliis pro diſtincta ſpecie habetur; ſed perperam, cum ſaepius me docuerit experientia, alterum eſſe ſexum *Cryptoceph. bipuſtulati.*

Deſcr. feminae. Magnitudo maris, aut paullo major; tota aterrima, nitens. Sola elytra fulva, margine tamen omni et vitta in diſco cujusvis elytri nigris. Recte obſervat SCOPOLI, in quovis elytro ſtrias decem punctatas haberi, quarum ſex vittam atram occupant, duabus utrinque in fulva parte adjacentibus.

Lytta *vesicatoria.*

Insectum hoc, jam diu in pharmacopoliis usitatum, olim ex Hispania ad nos delatum est, unde etiam *musca hispanica* nominatur. Postea ex Belgio illud accepimus, nunc vero quotannis in nonnullis quoque Germaniae regionibus reperitur, et anno 1783 Halae Magdeburgicae degens, plusquam centum libras in officina Kohliana collectas vidi. Sustentantùr foliis Ligustri, Syringae, Fraxini excelsioris aliarumque Sepiariarum, et cum tempore meridiano in terram descendant latebras quaesiturae, ex rosione foliorum, et ex odore illis proprio, statim colligi potest, an in loco obvio reperiantur. Adsunt plerumque mense Junio per breve temporis spatium, interdum paucos tantum dies, quo tempore sensim sensimque pereunt et evanescunt. Olim in peregrinas regiones illas migrare opinabatur, cum subito disparere soleant; haec autem migratio indoli hujus insecti tardissimae repugnare videtur, et procul dubio non migrant, sed in domiciliis suis pereunt.

Dio-

DIOSCORIDIS temporibus loco *Lyttae vesicatoriae Mylabrem Cichorei* et alias hujus generis species usitatas fuisse, ex DIOSCORIDIS *) et PLINII **) scriptis satis patet, cum eorum descriptio optime cum *M. Cichorei* quadrat, immo et hodie in Pharmacopoliis Chinensibus officinalem esse testetur FABRICIVS ***). Non dubitandum quoque est, et alia affinia Germaniae insecta eadem vi irritandi pollere ac *Lytta vesicatoria*, e. g. *Cerocoma Schaefferi*, quam ob rem quoque in eundem usum vertenda essent, quod vero adhuc medicis in Entomologia versatis investigandum dijudicandumque restat.

Plura de hujus insecti historia atque usu prolata sunt in b. a. LINNE dissertatione de MELOE *vesicatorio* †). Quae de ejus metamorphosi innotuerunt, accepta referimus laboribus

 ill.

*) Lib. 2. cap. 54.

**) Lib. 39. cap. 4.

***) *Ent. syst. p. 2. p. 88.*

†) *Amoen. academ. vol. sext. p. 134.* edit. *Schreberianae.*

ill. Prof. LOSCHGE, qui larvam juniorem accurate descripsit et depinxit *).

DONACIA.

Quod ad Donaciae genus attinet, LINNEVS **) id Lepturis adnumerasse satis constat; unica tantum species sub *Lepturae aquaticae* nomine ab eo descripta fuit. Primus cel. FABRICIVS hoc genus constituit, et supra laudatam speciem sub nomine *Donaciae crassipedis* proposuit. In systematis sui novissima editione ***) plures species a cel. SCHMIDT acceptas descripsit; nihilo tamen secius aliae adsunt, nuperrime a me detectae, quas v. cl. ipse in collectione mea vidit, et ut eas describerem, auctor suasorque mihi fuit, quoniam de quibusdam adhuc dubitat, cum nusquam ei fuerit eas colligendi observandique occasio. Hoc EJVS consilium secutus tentavi, quid humeri valeant quid ferre recu-

*) *Naturforscher, 23. Stück. p. 37. tab. 1.*

**) *Syst. nat. 2. 637.*

***) *Tom. 1. pars 11. pag. 116. seq.*

recuſent, non dubitans, quin aliae adhuc ſuperſint ſpecies hucusque mihi incognitae, quas ſi futuro tempore invenero, deſcribere non morabor. Quinimmo mihi erit jucundiſſimum atque ſemper grato accipiam animo, ſi quis Entomologorum unam vel alteram a me nondum deſcriptam hujus generis ſpeciem mecum communicare velit. Iis, qui meas ſpecies deſiderabunt, libenter eas mittam, ſi meam collectionem aliis inſectis ditare ipſis placuerit, excepta *D. mucronata*, cujus ipſe unicum ſolummodo exemplar poſſideo, quod hanc ob cauſam mihi auro eſt carius. Non deſpero tamen, fore ut et hujus plura colligam exemplaria, quibus tunc entomophilorum deſideria explere non tardabo.

✝ *Femoribus poſticis bidentatis.*

DONACIA *micans Mihi.*

D. elytris violaceo - micantibus, femoribus poſticis bidentatis, tibiis omnibus ſimplicibus. *Tab. noſtr. fig.* 1.

Leptura ſubaeneo - violacea; femoribus poſticis dentatis. LINN. *ſaun. ſuec.* I. *n.* 510. 2. *n.* 677. *β.*

Habitat in plantis aquaticis, aeſtate.

Deſcr. Antennae nigreſcentes; articulorum apices ſubteſtacei. Caput laeve, linea longitudinali in medio. Thorax viridis impunctatus canaliculatus, lateribus anticis prominulis. Elytra plana punctato - ſtriata viridi - violacea, apice ſubtruncata. Corpus ſubtus cinereo - villoſum. Pedes teſtacei: femora poſtica clavata, bidentata; dentes aequales recti; tibiae poſticae ſimplices.

DONACIA *dentata Mihi.*

D. elytris viridi - nitidulis, femoribus bidentatis, tibiis poſticis quinquedentatis. *Tab. noſtr. fig.* 2.

Habitat iisdem cum praecedenti locis et tempore.

Deſcr. Antennae ac caput ut in priori. Thorax cylindricus punctato - rugoſus canaliculatus,

tus, lateribus anticis tuberculatus. Elytra fornicata punctato-ſtriata viridia, apice truncata, ſubappendiculata. Corpus ſubtus cinereo-villoſum. Pedes rufo-teſtacei: femora poſtica incraſſata bidentata: dentes poſteriores longiores recurvi: tibiae poſticae quinque-dentatae.

Obſerv. Vtraque ſupra deſcripta ſpecies a cel. FABRICIO ſub *Donaciae craſſipedis* nomine conjungitur, ſed haud recte. Secundum plures obſervationes individuorum copula conjunctorum, genuinas ſpecies eſſe, adfirmare poſſum.

✠ *Femoribus poſticis unidentatis.*

DONACIA *faſciata Mihi.*

D. elytris viridibus, in medio faſcia longitudinali coccinea, abdomine pedibusque aureis. *Tab. noſt. fig.* 3.

Donacia dentipes. FABR. *Ent. ſyſt. Tom.* I. *pars* II. *p.* 116. *n.* 3.

Habitat in plantis aquaticis, vere.

Descript. Antennae nigrescentes. Caput subtilissime punctatum; linea longitudinali in medio. Thorax cylindricus, canaliculatus, punctatus, lateribus anticis tuberculatus. Elytra lacunosa viridia; fascia media longitudinali coccinea, cum macula impressa aurea juxta marginem interiorem versus basin, apice rotundata. Corpus subtus cum pedibus aureo - villosum. Femora postica unidentata.

Obs. Nomen triviale FABRICII mutavi, cum omnes fere Donaciae species pedibus dentatis gaudeant.

DONACIA *marginata Mihi.*

D. elytris aureis, margine basique macula rufis, abdomine pedibusque argenteis. *Tab. nostr. fig.* 4.

Habitat iisdem cum praecedente locis et tempore.

Descr. Antennae nigrae; articulorum apices argentei. Caput punctatum, lineatum. Thorax

rax cylindricus rugoſus canaliculatus, lateribus anticis tuberculatus. Elytra lacunoſa aurea, margine baſique macula oblonga, apice attenuata, truncata rufa. Corpus ſubtus, uti pedes, argenteo - villoſum: femora poſtica unidentata.

DONACIA *aurea Mihi.*

D. elytris viridi - aureis lacunoſis, apice truncatis, abdomine pedibusque aureis. *Tab. noſtr. fig.* 5.

Donacia Sagittariae FABR. *l. c. n.* 5.

Habitat cum praecedente.

Deſcript. Antennae nigricantes. Caput aeneum canaliculatum. Thorax rugoſus, canaliculatus, lateribus anticis prominulis. Elytra lacunoſa, punctato - ſtriata, viridi - aurea, apice attenuata truncata. Corpus ſubtus, pedesque, aureo villoſa. Femora poſtica unidentata; tarſi nigri.

Obſ.

Obſ. Etiam in hac ſpecie nomen triviale FABR. mutavi, cum omnes Donaciae ſpecies in Sagittariam volent.

Variat rariſſime thorace cyaneo.

DONACIA *aenea Mihi.*

D. elytris aeneis aequalibus apice rotundatis, abdomine pedibusque aeneis. *Tab. noſtr. fig. 6.*

Habitat ad piſcinas in plantis aquaticis, Majo.

Deſcr. Tota aenea. Caput lineatum laeve. Thorax cylindricus, canaliculatus, laevis, lateribus anticis tuberculatus. Elytra aequalia argute punctato-ſtriata, apice rotundata. Femora poſtica unidentata; tarſi nigri.

DONACIA *violacea Mihi.*

D. elytris violaceis, apice rotundatis, abdomine argenteo-villoſo. *Tab. noſtr. fig. 7.*

Habitat cum praecedente.

Deſcr.

Deſcr. Antennae nigrae. Caput et thorax violacea canaliculata. Elytra violacea aequalia linearia apice rotundata. Pedes nigri: femora poſtica unidentata.

DONACIA *diſcolor Mihi.*

D. elytris aeneis nigrisve apice rotundatis, pedibus rubro-teſtaceis.

♂ Leptura conſimilis, aenea; antennis pedibusque teſtaceis, femoribus poſticis dentatis; elytris ſimplicibus. SCHRANK *enum. inſect. auſt. p.* 155. *n.* 293.

♀ Leptura aſſimilis, nigra; pedibus teſtaceis, poſticis dentatis: elytris ſimplicibus SCHRANK *l. c. p.* 156. *n.* 294.

Habitat in Calthae paluſtris floribus. Majo.

Deſcript. Antennae pedesque rubro-teſtacei. Thorax obſolete punctatus, tuberculatus. Elytra obſolete punctato-ſtriata, apice rotundata. Femora incraſſata: poſtica clavata unidentata.

Obſerv.

Obſerv. In *femina* caput, thorax, elytra et corpus ſubtus nigra ſunt. *Tab. noſtr. fig.* 8.

In *mare*, caput, thorax cum elytris aenea; corpus ſubtus cinereo villoſum. *Tab. noſtr. fig.* 9.

**** Femoribus omnibus ſimplicibus.*

DONACIA *linearis Mihi.*

D. elytris linearibus apice truncatis aeneo-nitidulis, pedibus ſubteſtaceis. *Tab. noſtr. fig.* 10.

Habitat ad piſcinas in plantis aquaticis. Majo.

Deſcript. Antennae nigricantes. Caput punctatum, lineatum. Thorax rugufus, canaliculatus. Elytra argute punctato-ſtriata, linearia, apice truncata. Abdomen cinereo-nitidulum. Pedes ſubteſtacei; femora omnia ſimplicia.

DONACIA *cinerea Mihi.*

D. elytris cinereo-nitidulis apice rotundatis, corpore pedibusque cinereis. *Tab. noſtr. fig.* 11.

Dona-

Donacia Hydrocharis FABR. *l. c. n.* 10.

Habitat in plantis aquaticis, praeſertim Typhis, Majo.

Deſcript. Antennae cinereae. Caput lineatum. Thorax rugoſus tuberculatus. Elytra cinereo-nitidula, obſolete punctato-ſtriata, apice rotundata. Corpus ſubtus pedesque cinerei: femora omnia ſimplicia.

DONACIA *mucronata Mihi.*

D. ſupra livida, capite, antennis et ſubtus atra; thoracis lineolis duabus divergentibus, elytrorumque apice mucronatorum ſtriis punctatis atris. *Tab. noſtr. fig.* 12.

Habitat ad piſcinas in plantis aquaticis, Majo.

Deſcript. Tota atra; ſed thorax, pedes, elytra, livida, ſeu pallide cerei coloris. Antennae ſetaceae, longitudine corporis. Mentum cum ore flavicans. In thoracis diſco lineolae duae atrae retrorſum divergentes. Elytra punctato-

ctato-ſtriata: punctis ipſis atris, corpore paullo longiora, ſubtruncata, cuſpide acuta ex angulo truncaturae externo emergente. Scutellum atrum. Pedes longiuſculi: apices omnium articulorum atri.

Obſ. Rariſſimum et elegantiſſimum hoc inſectum ſemel tantum ad Piſcinam prope *Weiſſendorf* in Equiſeto limoſo, colligere licuit.

MELOLONTHA *argentea.*

Multi variique inter Entomologos ſunt de hoc inſecto errores, quos autem cel. SCRIBA plane fere refutavit. In Symbolis *) ſuis nimirum tres varietates ſub Melolonthae farinoſae titulo exacte deſcripſit atque depinxit, et deſcriptionem nonnullarum affinium ſpecierum adjunxit. Quum mihi anno praeterito contigerit, varias *Melolontharum* ſpecies obſervare et colligere, ſequentes adhuc obſervationes ad cel. SCRIBAE adnotationes illuſtrandas addo.

Omnia tria individua a cel. SCRIBA deſcripta et depicta unam eandemque ſpeciem conſtituunt.

*) Erſt. Heft pag. 38. Tab. 4. fig. 7. 8. 9.

ſtituunt. Simillima iis quam ſaepiſſime in Pomonae floribus, menſe Aprili, locis montoſis collegi, ubi ſemper ea tam magnitudine, quam colore inter ſe diſcrepantia, copula conjuncta vidi.

Cel. SCRIBA figuram ſuam IX *Melolonthae pulverulentae* FABRICII adnumerari vult, aſt minus recte; etiam hoc inſectum noſtra in regione copioſiſſime vidi et collegi, quod menſe Junio in ſalictis ſemper habitat, ubi individua copula conjuncta frequentiſſime vidi, ſed omnino nullam differentiam externam inter marem et feminam obſervavi. Hanc ſpeciem cel. SVLZER *) depinxit.

Ex meis, ſine omni praejudicata opinione inſtitutis obſervationibus, ſequentia fluunt conſectaria:

1. N. I. II. III. nec minus fig. VII. VIII. IX. SCRIB. l. c. merae ſunt varietates *Melolonthae argenteae* FABR.

2. N. IV. eſt *Melolontha pulverulenta* FABR.

3.

*) *Inſ. Tab. 1. f. 7.*

3. N. v. eſt *Melolontha farinoſa* Fabr.

4. N. vi. eſt *Melolontha ſquamoſa* Fabr.

quae exemplaribus ſiccis probare ſemper poſſum.

Melolontha *variabilis.*

Colore multoties variat, quam ob rem de hac non convenit inter auctores *) ſpecie, et cel. Stvrm ſub hujus titulo Melolontham brunneam depinxit **). Specimina aſſervo quae fere nigra ſunt, alia quae colore teſtaceo gaudent, et varia quae intermedium obtinent colorem.

Habitat frequens in viis ſabuloſis, et in plantis arenoſis e. g. Artemiſia campeſtri, Ceraſtio arvenſi, Achillea Millefolio cet. autumno. Vere ſuperioris anni eam quoque in pratis flumini adjacentibus ſub quisquiliis ab inundante aqua relictis collegi, exemplaria vero minus elegantia, quaeque, ex detritu fortaſſe, ſuperficiem holoſericeam plane amiſerant.

Synonyma hujus ſpeciei ſequentia ſunt:

Melo-

*) Harrer. *Beſchr. Regensb. Inſ. p. 36.*

**) *Inſect. Cabin. 1ſtes Stük.*

Melolontha chrysomelina FABR. *Ent. syst. Tom. II. n.* 82.

Melolontha berolinensis HERBST *Arch. p.* 155. *n.* 21.

Melolontha holosericea SCRIB. *Ent. Journ.* 1. *n.* 56.

Scarabaeus pellucidulus SVLZ. *abg. Gesch.* 18. *Tab. I. Fig.* 9.

Trox holosericeus v. LAICHART. *Verz. tyrol. Inf. I. p.* 31. *n.* 4.

BVPRESTIS *fulminans.*

B. cyanea, viridive aurata, thorace vittis duabus atris; elytris apice integris serrulatis, vittis marginalibus aureo - ignitis undulatis. SCHRANK *im Naturforscher XXIV.* 84. *n.* 52.

Bupreſtis candens. PANZER. *faun. germ.* 1. 9.

Habitat in Pomonae floribus; volat menſe Majo.

Obſ. Duae habentur elegantiſſimi hujus inſecti varietates: una, exceptis vittis aureo - igni-

tis, tota cyanea, quam deſcripſit SCHRANKIVS, depinxitque PANZERVS; altera undique viridi-aurea, demtis elytris, ita tamen ut et haec ad baſin et ſuturam viridi-aurea ſint, qui viror in cyaneum abit colorem, reliquum totum elytrum, quantum a vitta aureo-ignita liberum eſt, occupantem. Cum hoc inſectum tam ſplendidum ſit ac rarum, tanti quoque eſt pretii, ut quatuor florenis ematur.

BVPRESTIS *rutilans*.

B. viridi-aurea; thoracis elytrorumque ſtriatorum margine ignito.

Bupreſtis rutilans PALLAS *icon. inſ. Tab. D. fig.* 1. SCHRANK. *Naturf. XXIV.* 83. *n.* 51.

Bupreſtis ruſtica SCHRANK. *enum. inſ. auſtr. n.* 363.

Bupreſtis faſtuoſa JACQ. *Miſc.* 2. *p.* 385. *Tab.* 23. *f.* 2. ubi cel. *v.* WELL primam et accuratam deſcriptionem et iconem dedit.

Habi-

Habitat locis montosis in Tilia europaea rarius. Circa Ratisbonam copiose a cel. HABEL repertum esse, vir laud. mihi ipse aperuit. Volat aestate.

Descr. Viridi-aurea tota, lateribus thoracis elytrorumque plus minus ignitis. Maxillis palpisque nigris, antennis tarsisque nigro-viridibus. Elytra striata, saepius (non semper, et forte ex detritu) maculis seu punctis nigris, ut stercore muscarum, notata. Supra in thorace, capite, elytrisque puncta excavata sparsim et dense disseminata sunt. Abdomen supra obscure cyaneum, nitidum; oculi in vivo insecto obscure rubri.

BVPRESTIS *octoguttata.*

Hoc insectum olim non peregrinum tantum, sed et rarissimum putabatur. B. *Eq. a* LINNE' in *Faunae Suecicae* edit. prima illud nondum recensuit; in secunda in pinetis Sueciae reperiri, tradit *). Cel. SCHMIDLEIN **) inquit: "*Es ist*

*) pag. 213. n. 754.

**) *Einleit. zur Insect. p. 28.*

hier zu Lande rar, und muſs durch Kauf in die Kabinetter kommen." Noſtris vero temporibus a nonnullis Entomologis in Germania repertum eſt, quin etiam mihi ipſi anno praeterito illud hac in regione, unico quidem loco, abundanter tamen, detegere, contigit. In pineto nempe, quod inter *Erlangam* eſt et *Norimbergam*, per integrum fere menſem Julium, medio die, ſole flagrantiſſimo illud circumvolans, atque in horizontalibus Pini ſylveſtris radicibus conſidens vidi. Locum ejus natalem, metamorphoſin, larvam, victum et copulam nec fortuito obſervare, nec omni diligentia adhibita indagare potui, quae omnia de toto hocce genere adhuc fere ſunt incomperta.

Inter numerum ferme centenorum exemplarium ſequentes obſervare licuit varietates:

1. cujus elytra albis adſperſa ſunt maculis, quam b. a LINNE' *) atque FABRICIVS

*) *Syſt. nat. p. 659. n. 2.*

CIVS *) deſcripſerunt, DEGEERIVS **) autem et PALLASIVS ***) pinxerunt.

2. Maculae elytrorum flavae ſunt; hanc deſcriptam, pictamque a SCHAEFFERO †), et HERBSTIO ††) accepimus.

Parem vero utriusque varietatis numerum collegi, quod me movet, ut ſententiam cel. HERBST amplectar, qui earum diverſitatem in ſexu ſolummodo conſiſtere opinatur; quamquam utriusque varietatis majora et minora reperi exemplaria.

3. Convenit cum priori, exceptis tantummodo mediis maculis ſinguli elytri, quae confluunt, ita ut lineae, extrorſum ſinuatae, eſſe videantur.

 4. In

*) *l. c. n. 72.*

**) *Icon. 1. 4. 79. 5. Tab. 4. f. 20.*

***) *l. c. f. 14.*

†) *Icon. Tab. 31. f. 1.*

††) *Arch. Tab. 28. a f. 7.*

4. In qua omnia in var. 2. jam enarrata reperiuntur, ea tamen differentia, ut caput ac thorax in ceteris coeruleo, in his autem viridi colore tincta conſpiciantur.

Hae duae varietates rariſſimae ſunt, cum omni cura adhibita, unicum tantum utriusque exemplar invenerim; quae eo majoris ergo ſunt aeſtimandae.

Fuerunt, qui putaverint hoc inſectum ſpeciem eſſe *Elateris*, e. g. SCHAEFFER *), PANZER **), GOETZE ***); ſed certe Bupreſtis generi adnumerandum eſſe, ex notis characteriſticis et habitu luculenter patet.

BVPRESTIS *ruſtica.*

Rariſſimum noſtris regionibus inſectum, quod interdum quidem volans vidi, ob pernicitatem vero ipſe haud arripere potui; tamen ab cel. Praeſ.

*) *l. c.*

**) HARRER *Beſchreib. der Schäffer. Inſ. prim. edit. p. 64.*

***) *Ent. Beitr. 2. praefat. p. 57.*

Praef. de SCHREBER in pinifero monte captum, et a Viro laudato mecum benigniſſime eſt communicatum.

Obſ. Differt a B. haemorrhoidali 1) colore totius inſecti nigreſcenti - cupreo in thorace, nigreſcenti - orichalceo in elytris; 2) oculis non marginatis; 3) ano abdomini concolore.

ELATER *meſomelas.*

E. thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore elytrisque nigris FABR. *Ent. ſyſt. Tom. II. n.* 42.

Habitat apud nos frequens in Betula Alno, locis ſubhumidis, ubi illum ſaepius in copula obſervavi.

Obſ. Haec definitio *feminam* tantum reſpicit. *Mas* hujus ſpeciei, thorace rubro, elytris teſtaceis gaudet. Synonyma *maris* ſequentia ſunt:

Elater livens FABR. *l. c. n.* 41.

Elater linearis FABR. *l. c. n.* 43.

Elater bicolor PANZ. *faun. germ.* 8. *Tab.* 11.

Lepturoides linearis HERBST *Arch. IV. p.* 103. *n.* 1. *Tab.* 26. *fig.* 28.

PRIONVS *coriarius.*

Rectiſſime quidem *Cerambycem imbricornem* LINNEI cum *Priono* ſuo *coriario* FABRICIVS *) conjunxit; at ille nullo modo eſt *Prioni coriarii* varietas, ſed potius *mas;* hanc ob cauſam hujus inſecti definitio corrigenda, vel ſaltem ſequens annotatio eſt addenda: *mas:* thorace bidentato, corpore ferrugineo. *Femina* thorace tridentato, corpore piceo.

CALLIDIVM *hafnienſe.*

Inſectum ex rarioribus, cum pauca tantum exemplaria in horto aulico mihi obvia facta ſint.

Nonnulli Entomologi iconem deſcriptionemque ſub aliis dederunt nominibus, e. g.

Callidium confuſum HERBST. *Arch. V. p.* 98. *n.* 18. *Tab.* 26. *fig.* 18.

Cal-

*) *l. c. Tom.* 1. *p.* 2. *p.* 247.

Callidium liciatum PANZER. *Naturf. XXIV. Tab.* 1. *fig.* 38. *n.* 38.

LEPTVRA *fasciata Mihi.*

Sub hac denominatione *Lepturam calcaratam* una cum *L. subspinosa* FABRICII *) comprehendo, quae sexu tantum differunt, ut innumeris, copula conjunctis, edoctus sum, cum vulgare fit in hac regione insectum. Prior mas, altera femina est.

Cel. HERBST **), icónem *maris* sub titulo *Leptura armata* dedit, et cel. STVRM ***) sub *Leptura Scopoliana feminam* depinxit.

CVRCVLIO *Carecti Mihi.*

C. longirostris, femoribus simplicibus, rostro pedibusque testaceis, thorace elytrisque cervinis, ventre cinerascenti-nigro.

Habitat in Caricibus, cum Donaciis.

Descr.

*) *l. c. p.* 347. *n.* 41. 42.

**) *Arch. V. pag.* 101. *n.* 11. *Tab.* 26. *fig.* 24.

***) *Insect. Cabin.* 4*tes Stük.*

Descript. Insectum oblongum, uti Curculio pyri, capite thorace depresse globoso, elytrisque cinerascenti - cervinis; rostrum arcuatum tenue cum pedibus obscure testaceum; antennae obscurissime testaceae et fere nigrae. Venter cinerascenti - niger. Long. a fronte ad anum 2'''; Lat. trans elytra 1'''.

CVRCVLIO *spartii Mihi.*

C. sublongirostris, femoribus simplicibus, oblongus, griseus, thorace vitta lata, elytris punctis in series longitudinales dispositis atris.

Habitat in Spartio scopario.

Descr. Ad Curculiones longirostres adhuc referendus, quod rostrum satis tenue et incurvum thoracis longitudinem paullulum superet. Long. a fronte ad anum paullo ultra $2\frac{2}{3}$ lin. Latit. $1\frac{1}{3}$ lin. excedit.

Color totius insecti cinereo - griseus, sed thoracis dorsum taenia lata inscribitur, quae in medio longitudinaliter subobscure in duas dispescitur. Elytra nudo oculo vittis tribus nigris adparent

parent picta, quarum una communis ſuturam occupat, una in quovis elytro decurrit; verum ad lentem vitream diſparent hae vittae, elytraque nonniſi dorſo, quam lateribus, apparent obſcuriora, lineola praeterea unica in quovis elytro, quae tamen vix ante illius medium incipit, albidiore; ad haec ſeriebus pluribus punctorum nigrorum percurruntur, et maculis duabus fere quadratis ad ſcutellum inſigniuntur. Femora ſimplicia ſunt.

CVRCVLIO *cicatricoſus Mihi.*

C. breviroſtris, femoribus muticis, canus, thorace lacunoſo, nigrolineato, elytro ſingulo maculis tribus ad ſuturam, una ad marginem externum, et communi ad ſcutellum atris.

Habitat in locis ſabuloſis montoſis, ubi, praeter familiae morem, quam citiſſime, Carabi inſtar, currit.

Menſurae.

Long.	ab ore ad anum - -	$5\frac{3}{4}'''$
	roſtri cum capite - -	$1\frac{1}{2}$
	thoracis - - -	$1\frac{1}{4}$
	elytrorum - -	3

Lat.

Lat.	roſtri	- -	$\frac{1}{2}$'''
	thoracis	- -	$1\frac{1}{3}$

Deſcr. Corpus totum proprie atrum, ut tamen ex ſubtiliſſimo tomento canum evadat; id tomentum quibusdam locis denſius eſt, in aliis plane deeſt, hinc ſingularis illa canitiei nigredinisque diſtributio. Roſtrum carina glabreſcente et ad latera nigrum, coetera canum. Thorax circumſcriptione cylindricus, ſed lacunoſus, rugoſo-punctatus, ſtriis tribus glabris atris: exterioribus poſtice bifidis. Abdomen oblongo-ovatum, elytris lanceolatis, ſtriato-punctatis, canis, macula communi parallelogramma ad ſcutelli regionem, tribus triangulis in vitta magis cana prope ſuturam, et una reniformi ad marginem exteriorem, glabris atris. Macula poſtica in vitta cana cujusvis elytri tuberculum occupat, et palpebra albidiori tegitur, ſinum quoque maculae marginalis punctum oblongum occupat. Ad lentem puncta duo albidiora pone maculam poſticam comparent: unum ad baſin tuberculi, alterum ad apicem elytri. Venter et pectus obſcure cinerea, nigro inordinate punctata.

Cvr-

CVRCVLIO *granulatus.*

C. breviroſtris, femoribus ſimplicibus, apterus nigricans, ſquamis ferrugineo - aureis tectus; elytris ſubſulcatis, ordinibus pluribus punctorum ſquama centratorum.

Curculio granulatus HERBST *Arch.* 84. *n.* 80. *Tab.* 24. *fig.* 33.

Habitat in Spartio ſcopario.

Menſurae.

Long.	ab ore ad anum paullo ultra - -	3'''
—	thoracis - - -	$\frac{3}{4}$
—	elytrorum - -	2

Reliquum menſurae caput cum roſtro conficit.

Lat.	thoracis - -	1''' fere.
	trans elytra - -	$1\frac{1}{2}$ fere.

Deſcr. Caput, thorax, et abdomen nigra. Elytra connata obſcure teſtacea. Pedes ſemipellucido - teſtacei; ceterum totum inſectum ſquamis orbicularibus ferrugineo - aureis parte ſuperna tectum, abdomen et pedes pilis ejusmodi hiſpida ſunt.

ſunt. Thorax fere globoſus, convexo-punctatus, quod tamen nonniſi detritis ſquamis manifeſtum fit. In quovis elytro ſulci parum profundi, ſeu potius ſtriae latiuſculae, duae, quarum quaevis ordine punctorum excavatorum percurritur, quorum centra reliquis quidem omnino ſimilis, ſed ad lentem manifeſte diſtincta ſquamula occupat; pilis praeterea ferrugineo-aureis ſubdecumbentibus minutis rigent elytra.

Obſ. HERBSTII figura hunc Curculionem, ut oculo nudo adparet, egregie refert, ſed nimis magna eſt, $4\frac{1}{2}$ nempe lineas longa, quod vel cel. Viri textui repugnat.

CVRCVLIO *ſulcatus.*

C. breviroſtris, femoribus dentatis, oblongus ater; elytris crenato-ſtriatis, thorace carinato, excavato-punctato.

Curculio ſulcatus HERBST *Arch.* 85. *Tab.* 24. *fig.* 35.

? Curculio ſulcatus. FABR. *Ent. ſyſt.* *T.* 2. *n.* 382.

Habi-

Habitat in montosis arenosis.

Mensurae.

Long.	a basi thoracis ad anum	-	4 '''
	rostri - - -		$1\frac{1}{2}$
	thoracis - -		$1\frac{1}{2}$
	elytrorum - -		$2\frac{3}{4}$
Lat.	thoracis - - -		$1\frac{1}{3}$
	trans elytra - -		$1\frac{1}{2}$

Descr. Oblongus, totus ater; rostrum declinatum, praeter familiae morem tenue. Thorax fere conicus (cono ad caput truncato) levi carina percurritur, ceterum punctis excavatis fere confluentibus. Elytra qualia in Curculionibus apteris occurrunt; quodvis striis elevatis tribus notatum, campo intermedio punctorum excavatorum duplici serie (immo inter marginem externum et striam extimam triplici cum dimidia) per totam longitudinem insculpta. Femora omnia unidentata.

Obſ. Cl. HERBSTII icon egregia, ſed nimis magna, ut quae a baſi thoracis ad anum 5''' metiatur. . Ceterum in elytris nec maculas ferrugineas, quas cel. FABRICIVS, nec albidas quas cel. HERBSTIVS vidit, nec depinxit, conſpexi, utpote, ut obſervat poſterior, facillime detergendas.

CVRCVLIO *Pyri.*

Tres hujus elegantiſſimi inſecti reperi varietates, quibus haec regio abundat, praeſertim in fruticetis ſubhumidis, ubi in Rhamno cathartico tempore floreſcentiae habitant. Varietates autem potiſſimum colore capitis, thoracis et elytrorum inter ſe diſcrepant. In *prima* enim omnes hae partes viridi colore gaudent, ita ut *Curculionem argentatum* fere aequent, exceptis tantummodo ſplendore, nec non pedum colore. *Altera* tota eſt nigra, et corpus magis ovatum. *Tertia* omni modo ſimilis eſt antecedenti, exceptis tantummodo ſquamis aureis quibus tegitur, ita tamen

men ut color niger hinc inde appareat. Haec tertia varietas multum convenire videtur cum Curculione lepidoptero FABR. *), tamen ex brevi descriptione nihil pro certe colligere ausim.

Pedes in omnibus supra notatis varietatibus rufi sunt.

MELOE *Proscarabaeus.*

Hoc insectum olim non tantum, sed et hodie, in numerum medicamentorum receptum, et nostris temporibus praecipue in Hydrophobia laudatum esse, inter omnes constat.

Cum autem a recentioribus Entomologis plures hujus generis species sint detectae, quae *Meloen Proscarabaeum* maxime aequant, non dubitandum est, has species pro usu medico inter se haud semper satis distinguantur, sed interdum promiscue

*) *Ent. syst. Tom. 4. p. 454.*

miſcue a pharmacopolis in Entomologia non verſatis, vendantur, cum experientia me docuerit, vel ipſam *Melolontham vulgarem* pro *Meloe Proſcarabaeo* ſaepius venum dari, quae commutatio ex germanico idiomate originem ducere videtur, in quo prius inſectum *Maykäfer*, alterum autem *Maywurm* nominatur. Re ſic ſe habente, haud valde miranda eſt ſpecierum inter ſe commutatio, quae eo pejor eſſet, ſi ut in partibus externis, ſic etiam in virtute medica inter ſe differrent; quod autem adhucdum ignoramus. Quidquid ſit, haud ſuperfluum fore credo, ſi differentias ſpecificas omnium ſpecierum a me collectarum protulere:

1. Meloe *majalis* ſegmentis dorſalibus abdominis rubris.

2. Meloe *proſcarabaeus* corpore violaceo.

3. Meloe *tecta* atra, elytris abdomine longioribus, antennis medio craſſiſſimis.

4. Me-

4. Meloe *brevicollis* atra, thorace transverſo elytrisque ſubpunctatis.

Omnes quatuor ſpecies ſaepius ſimul in locis graminoſis, in collibus et pratis, primo vere, reperiuntur.

Quod ad *Meloen Proſcarabaeum* attinet, is magis quam reliquae ſpecies, vulgaris eſt, et differt: a *Meloe majali* ſtatura minore, ſegmentis abdominis elytrisque violaceis; a *Meloe tecta*, elytris brevioribus dimidium tantum corpus tegentibus, et antennis linearibus; a *Meloe brevicolli* ſtatura oblonga, antennis elytra aequantibus.

Denique et novam ſpeciem, ſub Meloes *minimae* nomine, adjungere poſſem, quae cum *M. Proſcarabaeo* omnibus fere partibus convenit, ſed dimidia tantum magnitudine gaudet. Cum autem unicum tantum exemplar huc usque in hac regione reperire mihi contigerit, de ejus diffe-

differentia judicare nondum auſus ſum; plura fortaſſe de hoc inſecto obſervare et in medium proferre in poſterum licebit, ſi fides habenda proverbio, in hiſtoria naturali veritati maxime conſentaneo: dies diem docet.

Erlangae

Typis Hilpertianis.

Fig. 1. Donacia micans. Hopp. — crassipes. Ahr. Monogr.

Fig. 2. D. dentata Hopp — Ahr. Monogr.

Fig. 3. D. fasciata. Hopp. — dentipes. F. Ahr. Monog.

Fig. 4. D. marginata Hopp — limbata F. Ahr. Monogr.

Fig. 5. D. aurea. Hoppe. — sagittariae. F. Ahr. Monog.

Fig. 6. D. aenea. Hopp —

Fig. 7. D. violacea. Hopp —

Fig. 8. ♀ Fig. 9. ♂. D. discolor. Hopp.

Fig. 10. D. linearis. Hopp

Fig. 11. D. cinerea Hopp. D. Hydrocharis. F.

Fig. 12. D. mucronata Hopp



Iac. Sturm pinx. et sc. Norimb. 1798.